mus in ſpecie aliquando qui erit ſumptus ex parte
actiuorum ꝛ paſſiuorum ſed qualiter veniat agens
ad patiens vt imprimat ei formam ſuam ad quā in
tendit ipſum patiens tranſmutare: viſum eſt aūt ali/
quibus qȝ vnūquodqꝫ qȝ patitur patiatur per fora
mina parua que greci poros vocant. Ita ꝙ vltimuꝫ
faciens quod eſt proximuꝫ patienti ingrediatur per
illos poros in patiens ꝛ vndiqꝫ contingat ipſum: ꝛ
ideo vndiqꝫ patit̄ patiens ꝛ non in vno loco tm̄: ꝛ
qꝛ viſus ꝛ auditus ſm eos etiam effunduntur ſuper
viſibile per media que ſunt inter videntem ꝛ rem
viſam. Ideo dixerunt etiam ꝙ per poros eoruꝫ cor
porum que ſunt media ſenſuū: videmus aūt ꝛ audi
mus ꝛ ſm alios ſenſus ſentimus omnes dicunt etiā
ꝙ ideo plus videmus per aerem ꝛ aquam ꝛ p alia
corpora tranſpentia: ſicut eſt vitrum ꝛ criſtallus: qꝛ
illa corpora plus habent poros qui pori quidem i/
uiſibiles ſunt propter paruitatem: ſed magis ſpiſſe
poſiti ſunt ꝛ magis ſm ordinem poſiti: ita ꝙ porus
in tranſpentibus ſit iuxta porum ꝛ magis recte per
illa tranſiens eſt porus. In alijs autem corporibus
ſunt tortuoſi pori ꝛ inordinati: ꝛ ideo non tranſit ea
viſus. Antiquiſſimi ergo illa determinauerunt vt di
ctum eſt.

Cap.x.de opinionibus antiquoꝝ magis deſcēdē
tium ad ſpēm circa modū actionis ꝛ paſſionis.

Agis aūt deſcendentes ad ſpeciem agenti/
m um ꝛ patientium ſicut Empedo. non ſolū
dicunt poros eſſe in facientibus ꝛ patienti
bus ſed etiam dicūt miſcere ea ſola quoruꝫ pori ad
inuicem ſunt cōmenſurabiles vt vnum in alium in/
gredi poſſit ita ꝙ plurimum vnius ſit in plurimo al
terius ꝛ econuerſo: ꝛ qꝛ non omnia talia ſunt. Ideo
non omnia omnibus miſceri poſſunt. Uiam au//
tem que maxime eſt naturalis de omnibus natura/
libus paſſionibus vno ꝛ ſimili ſermone enuntiaue/
runt ꝛ collega Leucippus qꝛ fecerunt principiū qȝ
eſt ſm naturam ſicut ſupra diximus in ſermonibus
eorum de generatione: quidam enim antiquoruꝫ ſi/
cut meliſſus opinati ſunt ex neceſſitate vnum tm̄
ꝛ totum eſſe ꝛ immobile dico aūt totum ens eē vnū
continuū: dixerunt enim illi ꝙ vacuum non eſt ali//
quid in rerum natura: dixerunt enim non poſſe ali/
quid moueri niſi ſit vacuū extra res a rebus ſepara
tum in quo moueatur: hoc qȝ mouetur: dixerunt eti
am ꝙ multa alia eſſe non poſſunt: quando non ē ali
quid ſegregans in terra: vacuū aūt dixerunt eſſe ſe/
gregans. Et qꝛ poſſet eis dici ꝙ multa ſunt ſe tangē/
tia: ita ꝙ in terra non ſit vacuū ſegregans: dicunt ꝙ
h nihil differt qꝛ continuū ꝛ contingens idem dice//
bant eſſe: qꝛ continui partes ſe ſm iſtos contingebāt
Dixerunt etiam ꝙ nihil differt dicere ꝙ ſint multa:
ꝛ ꝙ ſit vnum ꝛ ꝙ dicatur eſſe vacuū: qꝛ continuum
ꝛ contiguum ſunt vnum ſm iſtos nec multa ſunt ni/
ſi ſint diuiſa nec diuiduntur niſi per vacuū ſed non ē
vacuum: ergo nec multa ſed omnia continua ſunt.
Si enim dicatur ꝙ ens vbiqꝫ hoc eſt in omni pū/
cto eſt diuiſibile tunc poſſibile eſt accidere ꝙ nihil
ſit vnum de rebus naturalibus ſed multitudo com/
ponitur ex vnis: ergo nec multitudo erit igitur tunc
totum erit vacuū in quo nec multa ſunt nec vnum.
Si aūt dicatur totum ens continuum ſm aliquid eē
diuiſibile ꝛ aliquid non: hoc vtiqꝫ videtur eſſe ficti/
tium cum non ſit magis ratio quare in vno puncto
diuidatur q̄ in alio vſqꝫ ad q̄tum enim erit diuiſibi
le ita ꝙ non ibi ſtet diuiſio ꝛ quare aliquid de vni//
uerſo ente ita habet ꝙ diuiditur ꝛ ſeparatur per va
cuum: aliud aūt ita habet ꝙ eſt plenum ꝛ non diui/
ditur ita ꝙ vnum ab alio ſeparatur per vacuū. Am
plius ſic etiam neceſſariuꝫ eſt accidere ꝙ non ſit mo
tio aliqua.

Cap.xi.ꝛ eſt diſgreſſio ponens modos antiquo/
rū de poris ꝛ ꝙ ens ſit vnum ꝛ imobile.

Ttendendum hic ꝙ rōnes phoꝝ de po
a ris fuerunt iſte: videbant enim ꝙ totuꝫ paſ
ſibile ſuſcipit formam agentis ꝛ qꝛ antiqui
formalem cauſam nō bene intellexerunt. Ideo vide
re non poterant qualiter agens cōicat patienti virtu
tē forme ſine materia ſua: ꝛ ideo opinati ſunt agēs
per particulas materie intrare in patiens: ꝛ qꝛ intrī/
ſeca eſt ei forma agentis. Ideo poſuerunt ꝙ poros
intraret: ꝛ qꝛ non eſſet poſſibile qꝛ poros non habet
ꝛ difficulter paſſibile qꝛ paucos vel non proportio
natos agenti poros habet. Et omnes iſti ſuppone/
bant eſſe vacuum intra corpus in poris corporis ꝛ
extra corpus in ſpacio quod ſeparat vnum corpus
ab alio ne tangat ipſum nec continuatur ei. Meliſ/
ſus aūt dixit nihil eſſe vacuum: ꝛ ideo deſtruxit om
ne antecedens ad vacuum: vnde ſic arguebat ſi diui
datur continuum diſcretio erit inter diuidenda que
erant partes continui ſed non eſt diſcernens niſi va/
cuū ergo vacuum eſt: ſed hoc eſt falſum: ergo non ē
diſcernens inter diſcreta ergo totum remanet vnum
indiuiſum. Qȝ aūt non ſit ſegregans ſiue diſcernēs
niſi vacuum ſic probat vacuum opponitur pleno ꝛ
ens non enti: ſed omne ens eſt plenum ens: qꝛ dice//
bat plenum idem ꝙ rem plene .i. perfecte exiſtenteꝫ
ergo nihil entium eſt vacuum. Plenum auteꝫ a ple
no non ſegregatur propter qȝ plenum: ergo ſegrega
bitur per vacuū ſed vacuū nō eſt ergo res a re nō ſe
gregabitur ergo res rei permanet continua. Qȝ au
tem eſſet ens imobile ſic arguebat. Si res mouere/
tur aut eſt continua rei aut non eſt ſi eſt continua ſed
mota ſm locum vna parte continui mouetur totuꝫ
continuuꝫ: ergo vna re mota in mundo mouetur qc
quid eſt in mundo qȝ eſt inconueniens: ergo res nō
mouetur que eſt continua rei ſi autem non eſt conti/
nua: ergo cum mouetur de loco ad locum: aut mo/
uetur in plenum aut in vacuū ſi mouetur in plenuꝫ:
ergo duo corpora erunt in eodem loco quod ē fal/
ſum. Si autem in vacuum ergo vacuum eſt ꝙ ſlm ē
ergo ens eſt vnū continuum ꝛ immobile.

Cap.xij.ꝙ dementie ē ſimile dictū Meliſſi.

Abitis his redeamus ad propoſitum dicē
h tes ꝙ ex his vtiqꝫ ſermonibus pꝫ ꝙ tran/
ſcendunt ſenſum diſcipuli Meliſſi ꝛ deſpe
xerunt eum ac ſi non eſſet conueniens ſenſū ſequi cō
tra rationem. Et dixerunt omne quod eſt vnum eſſe
ꝛ imobile ꝛ infinitum: ſi eniꝫ finiretur tunc finiretur
non.ſ. ad plenum quod eſt ens ſed vſqꝫ ad vacuum

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

ſed qꝛ vacuum non eſt ideo nihil finitur ad ipſum: ⁊
ideo ens eſt infinitum. Iſti ergo propter has cauſas
ita nunciauerunt de veritate rerum. Amplius au
tem in ſermone per rationem videtur eis hoc conti
gere que dicunt: ſed ſi res ipſe inſpiciantur dementie
ſimile videtur eſſe dictuꝫ eorum ⁊ pluſq̃ dementes
ſunt: nullus enim vnq̃ dementium tm̃ egreſſus ẽ me
tas rationis ꝙ ignem ⁊ glatiem extimauerit vnū eẽ
ſed dementes aliqui inueniuntur qui propter aſſue/
tudinem decepti dicunt bona que in ſenſu bona ap/
parent pro eo ꝙ ſunt delectabilia ſm ſenſum eſſe ve
ra bona ⁊ ꝙ nulla differētia ſit inter illa.

Cap. xiij. de cōparatione dictoꝝ que dixerunt di
uerſi phi de facē ⁊ pati ⁊ qͣs inter eos meli⁹ dixerit.

s J autem comparantur dicta antiquorū de
facere ⁊ pati: tunc Leucippus extimatus ē
habere ſermones meliores alijs in hoc ꝙ
confitetur ea que ad ſenſum vera ſunt: vnde non de
ſtruit generationem nec corruptionem nec motū nec
multitudinem entium: ⁊ hoc quidem dicit: qꝛ confi/
tetur ea que conueniunt his que in ſenſu apparent:
cōuenit autem cum his qui dicunt vnum eſſe omne
quod eſt ſicut pmenides ⁊ Meliſſus: qꝛ dicit ꝙ be/
ne ſequitur ꝙ motio non eſt ſi vacuum eſſe non dica
tur. Sed in hoc differt a Meliſſo ⁊ pmenide: qꝛ illi
deſtruxerunt ɔ̄ñs ſcilicet vacuum eſſe ⁊ concludunt
oppoſitum antecedentis: ſcilꝫ motum non eſſe. Sꝫ
Leucippus ponit antecedens ⁊ infert ɔ̄ñs. ſ. motum
eſſe ⁊ ex hoc concedit vacuum eſſe: vacuum autem
dicit eſſe ſicut priuationem: ⁊ ideo ſimpliciter qui/
dem eſt non ens: qꝛ non eſt aliquid entium ſicut nec
priuatio tamen eſt ens: qꝛ entis eſt ſicut priuatio re/
ſpectu habitus: vnde plenum dicebant eſſe principa
liter ens ſed vacuum non eſſe pricipaliter ſed tamen
non dicebant quod omne tale quod eſt ſicut plenuꝫ
eſſet vnum ſed potius talia infinita ſunt multitudine
⁊ indiuiſibilia diuiſione phica propter paruitatem
ſui tumoris ſiue ſue quantitatis: ⁊ qꝛ h̄ ferantur ſiue
ambulant in vacuo ⁊ dicunt athomi: dicunt eniꝫ va
cuum eſſe ſicut diximus ⁊ dicunt ꝙ h̄ cum ſtant con
gregata faciunt generationem ⁊ diſſoluta abinuiceꝫ
faciunt corruptionem: ⁊ ſm ꝙ exiſtunt vndiqꝫ tan/
gentia faciunt actionem ⁊ paſſionem ⁊ ſm ꝙ vnum
ſubintrat in alio faciunt augumentum ⁊ ſm ordineꝫ
ſitū ⁊ figuras faciunt alterationem: ⁊ ſm ꝙ qdlꝫ in/
trat in quodlꝫ faciunt mixtionē: dicunt enim Demo
critus ⁊ Leucippus ꝙ ſm ꝙ talia ſunt non ſunt vnū
⁊ ꝙ generationeꝫ faciunt ſm ꝙ ſunt compoſita ⁊ cō
plicata confitentur tamen etiam ꝙ ex eo ꝙ ſm veri/
ritatem eſt vnum quod eſt id qđ omnino eſt indiuiſi
bile actu ⁊ potentia nunq̃ ſit multitudo nec ex vere
multis que diſcreta ſunt ⁊ non actu nec potentia cō/
iungibilia ſicut indiuiſibilia nūq̃ ſit vnum compo/
ſitum ex illis nūero vtruqꝫ horum eſt impoſſibile:
dicunt etiam iſti duo viri. ſ. Democritus ⁊ Leucip/
pus ꝙ patitur res p poros: ſicut dicit Empedocles
⁊ alij de numero illorum phorum ⁊ dicunt ꝙ omne
pati ⁊ omne alterari hoc modo generatur ⁊ fit ita
ꝙ fiat rei diſſolutio ⁊ corporis per interpoſitionem
vacui qꝛ vacuū interponitur rebus res intercipien/
do: ita ꝙ pars huc pars autem illuc feratur. Simili
ter dicunt fieri augumētationem corporibus ſolidis
paruis ſubintrantib⁹ in rem que augetur fere aut cō
tingit Empedocleꝫ dicere quod dicit Leucippus in
h̄ quod indiuiſibilia neceſſe eſt enim ponere. Dico
autem fere: qꝛ Leucippus ponit athomos ſegrega/
tos ambulātes in vacuo ⁊ athomos in corpore qđ
conſtat que indiuiſibilia inter porum ⁊ porum faci/
unt diuiſionem. Sed Empedocleꝫ contingit alterū
horuꝫ dicere. ſ. athomos que diuidunt inter porum
⁊ porum: qꝛ aliter in omni re pori eſſent ɔtinui hoc
autem eſt impoſſibile. Tunc enim corpus ſolidum
nihil eſſet p̄ter poros: ſed totum eſſet vacuum: ergo
nihil eſſet qꝛ vacuum eſt ſicut non ens: vt dicit Leu/
cippus: neceſſe eſt ergo athomos eſſe ſe tangentes
inter poros: media autem athomorum eſſe vacua
que Leucippus dicit eſſe poros: fere ergo Empedo
cles dicit ſicut Lucippus de facere ⁊ pati. Modi er
go ſm quos vt dicunt antiqui hec quidem faciunt h̄
autem patiuntur fere ſunt qui dicti ſunt. Dico aūt
fere propter Platonem de quo infra faciam mentio
nem ⁊ manifeſtum eſt quid ⁊ qūo de his dicunt.

Cap. xiiij. qui phoꝝ magis ex dictis ſuis poſſunt
cauſare nālia que ſenſus confitetur eſſe.

q Ue autem in phicis ⁊ ad ſenſum confiten/
tur quedam plus ſequntur quorūdam poſi
tiones ⁊ quorūdam minus verbi gratia mi
nus enim ſequitur ad poſitionem Empedo. quomo
do erit generatio ⁊ corruptio: qꝛ h̄ ex dicto ſuo non
eſt manifeſtum: Democrito enim ⁊ Leucippo po//
nentibus prima principia eſſe corpora indiuiſibilia
que differunt formis ſiue figuris manifeſtum ē qua/
liter fiunt: eo ꝙ confeſſa ſunt in naturis: qꝛ conſtanti
bus his res generantur ⁊ diſſolutis corrumpuntur ⁊
alterantur ⁊ patiuntur ⁊ augentur ſicut ſupra dixi//
mus. Empedocli autem non contingit eſſe mani//
feſtum qualiter hec fiant: qꝛ ipſe bene cauſabit ex di
cto ſuo generationem ⁊ corruptionem eorum que ſi
unt ex elementis ſed cum ponat illa eſſe non ex alijs
nec ex inuicem non ponit ipſe ex dicto ſuo cauſam
differētie: vnde generetur elementoꝝ coaceruata q̃
titas qꝛ athomos non ponit: nec ponit ꝙ ſit aliquod
elementum: vnde generatur ignis vel aliquod alio/
rum elementorum ſicut Plato in thimeo ſcripſit ali
qua elementa eſſe horum corporum. ſ. ignis aque ⁊
aeris ⁊ terre. In tribus enim differunt vt non eodeꝫ
modo Plato Leucippo dicat: qꝛ Leucippus quideꝫ
dicit prima eſſe ſolida corpora athomalia: Plato
aūt dicit planicies ſiue ſuperficies indiuiſibiles. Et
Leucippus dicit ꝙ vnumquodqꝫ corporum atho/
morum terminatur infinitis figuris. Plato auteꝫ di
cit ꝙ figure planitierum ſunt terminate ⁊ finite: quia
generantur omnes ex triangulo modo ſupradicto.
Sed tamen vterqꝫ tam Plato q̃ Leucippus dicunt
indiuiſibilia que figuris ſunt determinata ex quib⁹
ſit generatio congregatione ⁊ corruptio ſegregatio/
ne. Et Leucippo quidem duo modi erunt quibus
ſit actio ⁊ paſſio. ſ. per tactum agentis ⁊ patientis: ⁊
per vacuum quod eſt porus: Platoni autem tm̃ vn⁹
iſtorum modorum relinquitur: qꝛ ſuperficies ma/
thematica nō ē poroſa: ⁊ ideo non ſit actio ſm eum
niſi per tactum: ⁊ nos in prioribus ſermonibus ter/
tij libri celi ⁊ mundi diximus de planicieb⁹. Qđ au
tem contingit dicere de corporibus indiuiſibilibus
nunc dimittatur.

Capitulum. xv. vtrum indiuiſibilia ſint principia
⁊ cauſe actionis ⁊ paſſionis ſicut dixerunt Demo/
critus ⁊ Plato.

l Icet autem nos hic diſputemus vtrum va
cuum ſit cā actionis ⁊ paſſionis qđ antiq
ponebant

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

ponebant in corporibus poroſis tamen diſgreſſio//
nem faciemus ad inquirendum de ipſis indiuiſibili/
bus paruꝫ tamen diſgrediemur: qꝛ non inquiremus
de natura indiuiſibiliuꝫ ſed tm̄ vtruꝫ ſit cauſa actio/
nis ⁊ paſſionis. Dicimus enim quoniā vnūquodqꝫ
indiuiſibilium neceſſarium eſt etiam dicere impaſſi/
bile: dicunt enim antiqui ꝙ paſſio non ſit niſi per va
cuum quod eſt in poris corporis ita ꝙ vacuum po/
rorum cauſa ſit actionis ⁊ paſſionis. Et nos dicim⁹
ꝙ nec cauſa eſt actionis nec paſſionis nec etiam diſ/
poſitio. Omne enim quod eſt cā actionis vel paſ/
ſionis eſt durum vel frigidum vel aliqua qualitate
diſpoſitum. Sed vacuum cum ſit priuatio ⁊ nō ens
reſpectu pleni nulla earum qualitatum eſt diſpoſi//
tum: ergo nec actiuum nec paſſiuum: hoc autem di/
cimus ꝙuis etiam dictum eorum de indiuiſibilibus
ſit inconueniens: dicūt eniꝫ ꝙ caliditas datur ſola i/
ter actiuas qualitates figure circulari athomorum
qꝛ ponebant celum eſſe ignem purum: qꝛ videbant
eſſe circulare. Si enim dant calidum circulari fi//
gure: neceſſarium eſt ꝙ alicui figurarum anguloſa/
rum ſicut quatrilatere: vel alijs dent frigiditatem. Si
autem concedunt has duas qualitates eſſe in atho/
mis: tunc etiam debent concedere conſequentes ea/
rum eſſe in eis quales ſunt grauitas ⁊ duricies: leui/
tas ⁊ mollicies ⁊ alie huiuſmodi qualitates. Eſt au
tem iterum inconueniens dictum Democriti cuꝫ cō
cedit in athomis vnum eſſe grauius altero: ſicut ap/
paret in radio ſolis qꝛ vnus athomus deſcendit ma
gis ꝙ alius: ſi enim vnus eſt grauior altero: qꝛ leue
eſt leue per caliditatem que rarificat partes materie
ſue ⁊ facit ipſum leue. Cum autem talia ſunt. ſi di
ceretur ꝙ nō pateretur ad inuicem eſſet hoc impoſſi
bile: patitur enim leuiter calidum a multo calido
non inquātum ſunt ſimilia in calido: ſed inquātuꝫ ex
cedens eſt magis calidum ⁊ exceſſum eſt plus frigi
do permixtum. Similiter ſi durum dicit eſſe De/
mocritus neceſſe eſt ꝙ dicat etiam molle eē in atho
mis. Molle enim naturali impotentia reſiſtendi ta/
ctui paſſiuū eſt licet inquātum eſt humido infuſuꝫ
ſit ſubactiuum: dico autem ſubactiuum: qꝛ per hu/
midum actiuum quod non ſimpliciter actiuum eſt:
ſicut calidum ⁊ frigidum. Et propter hoc dictū ite/
rum ſequitur athomos eē actiuos ⁊ paſſiuos ⁊ ex
omnibus his dictis que perfecte dicit Democritus
vel ſequitur ex dictis ſuis vt habitum eſt. Neceſſe ē
ꝙ Democritus dicat ꝙ athomi ſunt actiui ⁊ paſſiui
⁊ licet hoc ipſe conceſſerit propter duas rationes ta
men ħ impoſſibile eſt ⁊ inconueniens. In athomis
enim aut ponitur figura ſola: aut cum figura quali/
tas actiua aliqua aut paſſiua. Si ponitur in eis figu
ra ſola tunc non erunt actiua: nec paſſiua qꝛ figura
neutrum eſt: qꝛ aliter mathematica agerentur ⁊ pa/
terentur. Si autem cum figura in athomis ponitur
qualitas aliqua aut vna erit illa in quolibꝫ athomo
aut plures ſi vna cum athomus ſit principium vt di
cunt illa erit immobilis ab ipſo ita ꝙ calidum ſem/
per eſt calidum ⁊ frigidum ſemper eſt frigidum: er/
go vna natura materialis non erit athomis ſubiecta
qꝛ materia variatur de contrario in contrariuꝫ ꝙ ſꝫ
dicta non faciunt athomi quod eſt impoſſibile: ſem
per enim erit vna natura materialis ſubiecta contra
rijs. Si autem multe qualitates inſunt vni athomo
que quidem ſint actiue ⁊ paſſiue ille ſine dubio erūt
contrarie: qꝛ actio ⁊ paſſio erunt inter contraria: er/
go contraria ſunt in eodem indiuiſibili: ergo contra
ria inſunt eidem ſm idem quod iterum eſt impoſſi/
bile: vnde ſi patiatur athomus ſꝫ ꝙ infrigidatur ſꝫ
id patitur ⁊ aliud. ſ. calorem quod falſuꝫ eſt. Et eo
dem modo eſt de paſſionib⁹ alijs actiuis ⁊ paſſiuis
ergo licet ipſe indiuiſibilia dicat eſſe actiua ⁊ paſſi/
ua ſequitur tamen ea eſſe nec actiua nec paſſiua. Il/
lud autem inconueniens non ſimpliciter tm̄ contra
Democritum. Sed etiam contra platonem qui di/
xit indiuiſibiles planities eſſe principia: dixit enim
plato non eſſe vacuum indiuiſibilibus planitiebus
⁊ qꝛ ſm eos non ſit rarum niſi vacuꝫ interponatur
partibus corporis ſequitur ꝙ non ente vacuo nō ge
neratur aliquid rarius vel denſius: ſunt autem raruꝫ
⁊ denſum: prima contrarietas ex parte materie: cum
ergo ille non ſint conſequentes etiam non ſunt ergo
nulle ſunt in corpore qualitates actiue vel paſſiue: er
go nec agit nec patit aliquid indiuiſibiliū quando
vacuum non ponitur eſſe in ipſo. Si autem dicat ali
quis ꝙ athomi parui ſunt indiuiſibiles ⁊ magni non
ſunt indiuiſibiles hoc erit incōueniens: verum enim
eſt ꝙ rationabilius ⁊ facilius magna diuiduntur ꝙ
parua qꝛ magna facilius diſſoluūtur ꝙ parua: ideo
qꝛ magna componuntur ex multis ⁊ parua ex par/
uis ſed indiuiſibile dicit vniuerſaliter indiuiſibile qꝛ
non eſt paruuꝫ: ⁊ ideo diuiſio magis eſt ex iſtis ma
gnis ꝙ paruis: ſed tamen exiſtit vtriſqꝫ. Amplius
autem aut etiam illa omnia indiuiſibilia ſolida exi/
ſtunt vnius nature: ſicut ſi eſſent ignea vel terrea: aut
ſunt diuerſarum naturarum: ſi autem ſunt vnius na/
ture ſiue vnius ſpeciei ſm quātitatem quid erit tunc
diuidens ⁊ diſcontinuans ipſos athomos: qre non
accidit eis ſicut in aqua: cum enim vna pars tangat
aliam ſtatim continuatur ei: ſimpl'r enim cum vnus
athomus tangit alium ſtatim cuꝫ eo debet continua
ri: poſterior enim non differt a priore niſi in natura
formali. Si autem ſunt diuerſarum naturarum ſiue
ſpecierum quales ſunt ille ſpecies: cum enim ille na/
ture faciant athomos diuerſos ⁊ diſcontinuos ipſe
ſunt ante ea ſm naturam ergo ille non magis ſūt po
nende eē ⁊ principia rerum que fiunt ex athomis ꝙ
figure athomorum quas principia dixit eē Demo/
critus. Amplius hoc videtur eē inconueniens ſu/
per hoc ꝙ ea que differunt natura ⁊ forma agunt ⁊
patiuntur abinuicem cum ſibi approximant: nature
ergo ille erunt principia actionis ⁊ paſſionis ⁊ non
figure.

Cap. xvj. vtruꝫ indiuiſibilia mouentur in vacuo
ſicut dixit Democritus.

Quia etiam Democritus ħ dixit indiuiſibi/
lia ferri ⁊ moueri in vacuo queramus quid
ea moueat: aut enim indiuiſibile mouetur
a ſe vel ab alio ſi ab alio: tunc ipſum eſt paſſiuuꝫ: er
go non principium actionis ſed potius mouens ip/
ſum eſt principium actionis: ſi autem mouet ipſum
ſe vnūquodqꝫ aut diuiſibile erit aut ſm aliud mo/
uetur: ⁊ ħ eſt contra hypotheſim aut ipſum eſt indi/
uiſibile: ⁊ tunc cum moueri ſuum: ⁊ mouere ſint ad
formam agendo ⁊ patiendo erit hoc ipſum indiuiſi
bile ſꝫ id agens ⁊ patiēs ſꝫ actio ⁊ paſſio ſūt ꝯrioꝝ
ḡ idē indiuiſibile in eodem habebit contraria quod
eſt impoſſibile. Adhuc ſm hoc materia contrario/
rum non tm̄ erit numero ⁊ ſbo vna ſed etiam in po/
tentia diſpoſita quod eſt impoſſibile: ergo non mo/
uetur in vacuo.

C

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

Cap̄.xvij.ꝙ pori non ſunt cauſa actionis ⁊ paſ/
ſionis.

Is habitis de corporibus indiuiſibilib᷒ ve
b niamus ad opinionem de poris ⁊ oſtenda
mus ꝙ non ſunt neceſſarij ad actionē ⁊ paſ
ſionem: quodcūqꝫ enim dn̄t contingere paſſiones ex
h ꝙ actiuū mouetur in poris paſſiui ſed cum h dn̄t
ꝙ res etiam adhuc patitur cum impleti ſunt pori ne
ceſſe eſt eos concedere ꝙ pori ſunt ſuperflui: ſi enim
aliquod totum ita patitur: quod in poris tangit ipm
actiuum quod ſubintrauit in ipſum tunc id patitur ꝑ
tactum actiui ⁊ non propter porum: ergo etiaz ſi nō
habeat poros: ſed ſic totum continuum ens patie//
tur eodem modo propter tactum actiui. Ampli/
us autem quomodo contingit ſm iſtos dicere de vi
dere ⁊ inſpicere ⁊ de alijs ſenſibilibus cum per tranſ
parentia fiant ſenſus. Non eniz poſſunt dicere ꝙ ſen
tiens ſm tactum tranſeat per tranſparens vt perueni
at ad rem ſenſatam: qꝛ quidam ſenſus fiunt per diſtā
tiam. Nec iteruz poſſunt dicere ꝙ ſenſus fiat per po
ros ſi plenus eſſe dicatur quiſqꝫ pororum: plenos.n.
poros nihil differt aut poros habere qꝛ totum cor/
pus tranſparens ſic erit plenum. Si autem aliquis
dicat ꝙ pori corporum tranſparentium ſunt vacui:
aut ergo poſſūt in ſe recipere corpora aut non: ſi poſ
ſunt recipiant ergo tunc ſequitur idez quod prius.ſ.
ꝙ non ſemper contingat videre per tranſparens: qꝛ
impletis poris nihil videtur. Si autem pori corpo/
rum tranſparentium tales ſunt ſm magnitudinem:
qꝛ non poſſunt ſuſcipere corpus implens ipſos po/
ros: h ridiculoſum eſt.ſ. vt dicatur paruum foramen
eſt quod porus dicitur ſicut vacuum magnum aut
ſpacium non ſit vacuum ſed impletur corpore ſubin
trante in ipſum: qꝛ qualecumqꝫ eſt vacuum id habet
ſuum proportionabile iplementum. Eſt etiam con/
tra rationem hanc vacui pori: qꝛ vacuum nihil ē ni/
ſi regio ſiue ſpacium corporis alicuius ſuſceptiuū:
quapropter manifeſtum eſt: qm̄ omni corpori in tu/
more ſue quātitatis ſimile erit vacuum: ſi vacuū eſſe
ſupponatur: vniuerſaliter autem ſuperfluum eſt dice
re propter actionem ⁊ paſſionem eſſe poros: aut.n.
faciens facit ſm tactum aut nōn ſm tactum ſi nō ſm
tactum facit ergo non facit intrinſecus in poris tan/
gens: ergo porus non eſt cauſa paſſionis. Si autem
faciat ſm tactum ergo q̄uis non ſint pori dummo//
do actiuum tangat paſſiuum: ⁊ ſint innata agere ⁊
pati adinuicem fiet actio ⁊ paſſio. Quoniā igitur er
go ita dicere eſſe poros vt quidam eos eſſe extimāt
aut mendacium eſſe aut inutile ad cām actiōis ⁊ paſ
ſiōis manifeſtū eſt ex dictis.

Cap̄.xviij.ꝙ pori non ſunt cauſa diuiſionis cor/
porum.

Stendemus autem ꝙ nec ſunt cauſa diui/
o ſionis corporum: cum enim omne corpus
ſit diuiſibile ⁊ phicum ⁊ mathematicum.
Cum mathematicum poros non habeat ridiculum
eſt poros dicere cauſam diuiſionis qꝛ corpora poſ/
ſunt ſeparari ſm illud ſm ꝙ ſunt diuiſibilia hoc au/
tem non eſt vacuum in poris: qꝛ aliter mathematica
non erunt diuiſibilia.

Cap̄.xix.⁊ eſt digreſſio determinans qualiter po
ri faciunt ad actionem ⁊ paſſionem ⁊ qualiter ad di
uiſionem.

a Tendendum hic ꝙ corpus mathematicū
non habet poros phicum autem non om/
ne neceſſe eſt habere poros: ſed tm̄ id ex quo aliquid
reſpirat vel ſubintrat: ⁊ ideo corpus humidum aut
poros non habet cum in ſe terminari non poſſit aut
ſi habet continue delentur pori eius: pori autem in
quibus ſunt ad facilitatem faciunt paſſionis ſed paſ
ſionis non ſunt cauſa: ſic ſimiliter ad facilitatez faci
unt diuiſionis: tn̄ diuiſionis non ſūt cauſa. Si autez
vacui dicerētur eē pori: tunc adhuc minus eſſent
cā diuiſionis ⁊ paſſionis.

Capitulūz.xx.qualiter actio ⁊ paſſio ſunt ſm ve
ritatem.

Uia autē nos iā diximus opinionem alio/
q rum circa actionem ⁊ paſſionem. Dicam᷒
quomodo exiſtat generare ⁊ facere in pa/
tientibus ſm veritatem: facere enim propter genera
ri ⁊ pati propter generari. Dicamus autem de face
re ⁊ pati accipientes pro principio actiōis ⁊ paſſio/
nis id quod multotiens dictum eſt: h autē eſt ꝙ vnū
eſt poteſtate ⁊ aliud actu eſt. Cuz enim omne quod
eſt poteſtate ſit receptiuū forme alicuius per h ꝙ eſt
poteſtate: receptiuū autem alicuius forme eſt rece/
ptiuū ipſius alio quodā agente in ipſū: cōſtat omne
id quod eſt in potentia eē paſſiuum: qꝛ h eſt paſſiuū
formam aliquam quā recipit ab alio: id autez quod
eſt actu principium eſt actionis: qꝛ actio ipſius ē ab
actu eius ⁊ nō diceretur actio niſi eſſet ab actu: ⁊ iō
actus ſm ꝙ eſt principium actionis perficit actum:
quod per ſe ⁊ non per accidens eſt actiuum.i. quod
eſt actiuum ⁊ generatiuum illius forme: qꝛ ipſuz eſt
in actu vnde patet ꝙ potentia eſt principium paſſio
nis ⁊ actus eſt principium actionis: tale autem cor/
pus qd̄ poteſtate eſt paſſibile eſt ⁊ non innatum cō/
pati: tamen non pati.i. ſm vnam partem pati ⁊ ſm
aliam non pati ſicut dixerunt qui poros indiuiſibili
bus corporibus interceptos in corporibus eſſe dixe
runt. Hij enim dixerunt ꝙ in poris patitur corpus: ſz
non in partibus indiuiſibilibus que interponuntur
poris: ſed potius porus eſt corpus paſſibile vbiqꝫ
ideſt in omni parte eſt paſſibile inq̄tum eſt in poten
tia ⁊ minus vel magis paſſibile inquantum eſt in po
tentia magis ⁊ minus. Et ſi aliquis dicat poten//
tiam in eſſe magis paſſibilibus h non erit verum ni
ſi vno modo qui eſt ſicut in metallis vene neruales
in terra vel in lapide ſunt extenſe que paſſiue ſunt a
proprio actiuo quod agit ad formam vel ad ſpeciē
metalli in vena illa ⁊ non in lapide vel in terra cir//
cunſtantibus qꝛ non niſi in vena illa inuenit ſuū pro
prium paſſiuum ſed tunc vena vel foramen non eſt
cauſa paſſionis ſed potius diſpoſitio materie que a
tali actiuo paſſibilis eſt ⁊ non ab alio. Id autem qd̄
totum eſt continuum non eſt paſſibile a ſeipſo: qꝛ nō
eſt ratio quare vna pars eius agat ⁊ alia patiatur:
qꝛ partes continui ſunt homogenee. Similiter autē
q̄ non appropinquant ſibi in ſe vel in alijs non agūt
⁊ patiuntur in ſe adinuicem: ⁊ dico ꝙ propinquare
ſibi in alijs quando primum agens ⁊ vltimum pati/
ens non ſunt imediata ſz ē quoddā in medio: quod
agit ⁊ patitur: ſicut quando ignis calefacit corpus
noſtrum: tunc enim aer patitur ab igne ⁊ agit in cor/
pus noſtrum: ⁊ ſic eſt innatum facere ⁊ pati.

Calpm.xxj.ꝙ nullum corpus: tm ſit diuiſibile
tum indiuiſibile ⁊ tamē paſſibile ⁊ tum impaſſibi//
le ſm diuerſas partes eius.

q Uod autem quidā exiſtimant aliquaz rez
aliquando pati quod in principio dixim᷒:
h eniz

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

h enim determinandum ⁊ oſtendendum : quoniam eſt falſum: ſi enim concederent ꝙ coꝛpus vel magnitudo non vbiqꝫ eſſet diuiſibilis ſicut illi dixerunt ꝙ diuiditur in poꝛos ⁊ non diuiditur in coꝛpoꝛibus indiuiſibilibus que poꝛis interponuntur : tunc eſſet verum ꝙ coꝛpus non vbiqꝫ in omni parte ſua eſt paſſibile: ideo etiam ſi eſſet verum ꝙ nihil eſſet continuum: qꝛ continuum licet continue ad indiuiſibile non tamen eſt ex indiuiſibilibus. Si autem eſt mendacium hoc quod dicunt ſicut ſupꝛa oſtendimus ⁊ omne coꝛpus diuiſibile: tunc nihil differt dicere quod diuidatur vel ꝙ ſit diuiſibile vel ꝙ tangat vel ꝙ ſit tangibile: licet eniꝫ in poꝛos tunc diuidatur tamen eſt diuiſibilis in partibus que poꝛis interponuntur: qꝛ ille non ſunt indiuiſibiles ⁊ ſimiliter eſt tãgibile in illis: ⁊ ita ẜm totum eſt diuiſibile ⁊ tangibile ⁊ paſſibile. Si enim coꝛpus poteſt ſegregari ẜm ſuperficies in quibus eſt tactus vt inquiunt quidam Platonici ſi nondum eſt diuiſum eſt tamen diuiſibile ⁊ poſito ineſſe non accidit impoſſibile. Siľr etiaꝫ ſi diuiſibile ſit in partes poſita diuiſione in actu nihil ſequitur impoſſibile.

Cap. xxij. ꝙ actio ⁊ paſſio non fiunt per poꝛos ſciſſis coꝛpoꝛibus.

b Uod autem vniuerſaliter paſſio hoc modo fiat in rebus que quidaꝫ dicunt ꝙ gñantur ſciſſis ſiue ſeparatis coꝛpoꝛibus per poꝛos ẽ inconueniens. Deſtruit enim h modus alterationeꝫ in qua tamen ſaluatur actio ⁊ paſſio: videmus enim ꝙ idem coꝛpus continuum manens: quandoqꝫ quidem eſt humidum liquidum ⁊ quandoqꝫ coagulatur ſicut glacies ⁊ aqua fluida ⁊ patitur hec aqua ſine diuiſione ⁊ ſine compoſitione ⁊ ſine conuerſione ſuarum partium ⁊ abſqꝫ tactu diuerſo in oꝛdine cõponẽtiũ partium: qꝛ eodem modo remanent ſaluate in continuo: ſicut Democritus dixit fieri alteratõnem ex diuerſo oꝛdine athomoꝛum: non enim ipſuꝫ continuum traductum in alteratione nec tranſpoſitũ diuerſo ſitu partium in toto nec tranſmiſſum per liquefactionem quando ex humido fluido ſit coagulatum: ⁊ ideo alteratio fieri poteſt eodem modo in materie partibus manente continuo. Si autem dicit aliquis ꝙ licet ptes continui non tranſponantur vt diuidatur tamen indiuiſibilia ex quibus ſit continuum mutãtur in tali alteratione quando ſit coagulatum ex humido: qꝛ tunc amittit indiuiſibilia liquida fluida ⁊ acquirit indiuiſibilia dura ⁊ coagulata h patet eſſe falſum. Indiuiſibilibus enim tumoꝛ indiuiſibilium coꝛpoꝛum non vere inſunt dura ⁊ coagulata qꝛ talium paſſionum indiuiſibilia non ſunt ſuſceptiua vt diximus ẜm totum ẜm vnum moduꝫ manens in partibus ⁊ ſitu partium in toto quandoqꝫ eſt humidum ⁊ quandoqꝫ coagulatum ⁊ durum ergo ſi diuiſione poꝛoꝛum eſt alteratio ⁊ ſi diuidatur res ⁊ tranſponantur partes non manet continuum vnum: ⁊ ideo tunc non eſt alteratum ſed coꝛruptum. Et ideo hic modus deſtruit etiam augumẽtationem ⁊ diminutionem: qꝛ ſi partes actiui intrãt poꝛos paſſiui: tunc id in quod intrant non erit maius ẜm vnãquãqꝫ partem que fuit vna conditio augumenti ſed tñ erit appoſitio ſibi facta in poꝛis ⁊ id quod intrat non tranſmutat totum: qꝛ partes inter poꝛos inter ſe cauſantes eodem modo manent quo pꝛius ⁊ etiam non erit tranſmutans ẜm ſe: qꝛ id quod augetur non conuertit ad ſe quod intrauit in ipſuꝫ: ſed tñ poꝛi eius ſunt pleni illo coꝛpoꝛe quod intrauit: dictuꝫ eſt ergo quid eſt generare ⁊ facere ⁊ pati ẜm veritatem ⁊ quomodo quidam inquiunt ꝙ contingit ⁊ non eſt verum quod ita contingat vt dicunt. Relinquitur autem videre de mixtione ẜm eundem modum artis qꝛ mixtio tertium erat eoꝛuꝫ que ſunt que ſupꝛa pꝛopoſuimus pertractanda ante generationem elementoꝛum.

Tractatus. vj. de mixtione.

Capitulum. j. de intentione tractatus ⁊ de ratiõe eoꝛum qui dixerunt non eſſe mixtionem.

ſ Crutandum eſt quid ſit mixtio ⁊ quid eſt miſcibile: ⁊ h eſt querere qua ratione quodlꝫ de numero entium exiſtit: ſcdo que contingunt miſceri. In tertio queremus quomodo eſt mixtio. Amplius ante hec omnia queremus vtrum eſt mixtio ⁊ mendacium eſt mixtione fieri per materiam: dicunt enim quidam ꝙ non eſt impoſſibile. Quedam aliȷs miſceri vtentes hac ratione: qꝛ cum conueniunt ea q̃ miſceri dñt aut manent ſicut pꝛius in foꝛma ⁊ ſpecie aut non manent eodem modo in foꝛma ⁊ ſpecie ante ⁊ poſt ſed coꝛrumpuntur vel ambo vel alterum eoꝛum: ſi manent eodeꝫ modo in foꝛma ⁊ ſpecie ante⁹ ⁊ poſt: tunc magis ſunt mixta poſtꝙ cõiuncta ſũt q̃ fuerunt ante cõmixtionem. Si ambo vel alterum non manet: ſed coꝛrumpitur tunc eſt generatio ⁊ non mixtio: que. n. nullatenus ſunt entia ⁊ manentia non ſũt mixta ſed coꝛrupta.

Cap. ij. que ſit differentia mixtionis ad alios motus: qꝛ ab hoc dependet ſolutio pꝛius habite dubitationis.

a Ntequã ſoluamus hanc dubitationem dicemus ꝙ per ea per que pꝛobant iſti ſuam intentionem: videtur ꝙ iſte ſermo eoꝛum querit quod mixtio differt a generatione ⁊ coꝛruptione ⁊ in quo differt miſcibile a gñabili ⁊ coꝛruptibili. Manifeſtum eſt enim ꝙ ſi eſt mixtio: tunc opoꝛtet eam differre a generatione ⁊ coꝛruptione ⁊ aliȷs mutationibus que ſunt ad foꝛmas. ſ. ab augumentatione ⁊ quando iſta differentia erit manifeſta tunc ſoluet queſtio. Eſt autem differentia mixtionis ad generationeꝫ qꝛ materia ⁊ foꝛma ſunt pꝛincipia entis generati ⁊ materia non dicitur miſceri generabili: ſꝫ potius effici in actu per foꝛmam ipſius: ſed materiã in qua generatur ignis: non dicimus miſceri igni vel foꝛme ipſius nec dicimus miſceri ligna cum exardet qꝛ nullo modo manent ligna: nec dicimus materiam ignis miſceri particulis ignis vel ipſi igni ſicut dicimus ꝙ vnum miſcibile miſcetur particulis alterius miſcibilis ⁊ ipſi miſcibili ſibi coniuncto: ſed dicim⁹ mãꝫ ignis. ſ. ligna vel aliud coꝛrumpi ⁊ ipm ignem generari: ergo mixtio nec coꝛruptio eſt nec generatio ẜm eundem modum aut non dicimus cibum miſceri coꝛpoꝛi: qꝛ cibus tranſit indurans coꝛpus quod manet ẜm foꝛmam: ſed neutruꝫ miſcibiliuꝫ ita manet ad modum coꝛpus cibatum. ſ. indiuiſum ſpecie nullo modo alteratum: ⁊ ſic patet ꝙ mixtio differt nutrimẽto ⁊ augumẽto differt etiaꝫ ab altatiõe: ſi. n. nos ꝯſidẽmus in artificialib⁹ cera nõ miſcet̃ figure ſigilli nec figura miſcet̃ q̃titati ſiue tumoꝛi qꝛ vtrũqꝫ ĩdiuiſuꝫ manet indiuiſũ ⁊ a ſpecie nullo mõ altatũ ⁊ ſi conſideremus in naturalibus cuꝫ non dicimus ꝙ albedo miſceatur coꝛpoꝛi quod eſt albuꝫ: qꝛ paſſiones ⁊ habitus foꝛmaruꝫ accidentalium nullate/



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

nūs poſſibile eſt mixtas eſſe rebus in quibus ſunt ſicut in ſbctis: qꝛ non diuiduntur nec plurimuz particulare accidentium poteſt eſſe cuz plurimo particulari ſbcti non in vnum alterat actiue alteruz nec paſſiuum vtrūqꝫ ab vtroqꝫ ſi videntur ambo ſaluata. Similiter ſi conſideremus accidentia inter ſe vnum non miſcet alteri: qꝛ ſi miſceretur tunc ea que maxime diſtant maxime miſcerētur qꝛ mixtio eſt contrariorum: maxime autez diſtant accidens corporale ⁊ accidens ſpirituale ⁊ tamen non miſcentur: qꝛ diſciplina ⁊ albuz non dicitur miſceri nec aliquod aliud accidens eo ꝙ non ſeparatur a ſbo: qꝛ omnia miſcibilia primo ſunt ſeparata ⁊ poſt mixtionem ſeparari poſſunt: ⁊ ideo bene dixerunt quidam qui dixerunt ꝙ omnia. ſ. ſba ⁊ accidentia aliquādo ſimul fuerunt mixta: qꝛ non omnis res omni rei miſcibilis ē: ſed oportet ꝙ vnuz miſcibiliū ſeparabile ſit ab alio paſſionum autem ⁊ vniuerſaliter accidentium nullum eſt ſeparabile.

Capitulum. iij. de ſolutione prime dubitationis. ſ. an eſt mixtio.

b Is autez prelibatis ſoluemus queſtionem dicentez: quoniaz entiuz h quidez ſunt potentia h quidez actu: vnde mixta poſtꝙ mixta ſunt contingit aliqualiter eſſe ⁊ aliqualiter non eſſe ī mixtura ipſa: ſm actum enim aīal ab oībus mixtis ſiue miſcibilibus generatur ſiue fit ab ipſis: ſed ipſum eſt potentia alterutrum eorum ſi duo ſunt ſiue qōlz eorum ſi plura cōueniunt ad mixturam que quidem fuerāt anteꝙ miſcerentur alteratis ipſis ſm q̄litatē ptitis ipis ſiue ipſis diuiſis ī q̄titate ita ꝙ plurimum vnius ſit cuz plurimo alterius: hoc eniz qualiter ī mixto manerēt miſcibilia que ſunt ſupra habitus ſermo qui videbatur probare non eſſe mixtionē. Nos eniz videmus ꝙ ea que miſcentur conueniunt ex prius ſeparatis ⁊ poſtꝙ conueniunt rurſus aliqñ ſeparabuntur: qꝛ leuia aſcendunt aliquando ⁊ grauia deſcendunt: vt in celo ⁊ mundo determinatum ē non ergo manent mixta inalterata ⁊ nō diuiſa ſicut corpus ⁊ albuz nec alterum nec ambo corrumpuntur omni modo ſicut in generatione ⁊ corruptione. Saluatur enim virtus eorum: ⁊ ideo que ad hanc queſtionē pertinent non relinquantur.

Cap. iiij. ⁊ eſt diſgreſſio determinās q̄d mouet ad mixtionē ⁊ ꝙ mixtio eſt naturalis.

a Ttendenduz hic ꝙ dubitatio iſta eſt ſuper duo fundata. ſ. qualiter veniant ad mixtionez elementa: ⁊ qualiter manent ī mixto: ⁊ de primo ſcias ꝙ ſm dicta phorum primuz mouēs elementa ad mixtionez eſt imiſcibile: ⁊ hoc eſt totū munduz mouentia ⁊ ordinantia quēadmodum docet Ariſtote. Spera enim ſolis in qua fons caloris ē ē nata mouere ignez ⁊ ſpa lune nata ē mouere aquā per quod mare ingreditur ⁊ egreditur ad quantitatem ⁊ etatem lune. Spere autez quinqꝫ planetarum ſ. Saturni Iouis Martis veneris ⁊ Mercurij mouent ſperam aeris: vnde motus aeris moti ſunt diuerſi ſicut diuerſus eſt valde motus dictorum planetaruz: ⁊ eſt in aere frigus congelatiuum ex ſpera Saturni ⁊ eſtus ex ſpera Martis ⁊ tēperies in frigido ex ſpera Veneris ⁊ cōmiſcibilitas ⁊ paſſibilitas facilis ex ſpera Mercurij. Spera aūt ſtellarum multaruz que eſt octaua in qua ſunt multe imagines ⁊ figure mouent terram: vnde etiaz in ipſa figurantur imagines multe in generatis: licet ergo leuia non deſcendant ex ſe nec grauia aſcendant ex ſe: tamen ex motoribus vniuerſalibus mouentibus ⁊ ordinātibus munduz aliquando deſcendunt leuia per quēdam moduz ⁊ aſcendunt grauia per moduz alium quē infra dicemus: huius autez exempluz conueniens eſt in qualitatibus actiuis ⁊ paſſiuis corporis animati. Non eniz in homine vel alio animato ſemper mouetur ſm naturaz calidum p nām ⁊ motum ignis nec agit actum ignis omnino: ſed potius mouetur ad id ad quod dirigit ab anima ⁊ agit ad terminuz ⁊ finez iniunctum. Aliquando ſicut dicit Ariſto. contra Empedo. in ſcdo de anima. Cum igit motus celi ſicut motus ſapientis ſit ſicut dicit Meſalac in libro de ſpera mota ⁊ cuz ad motuz celi reducatur omnis motus qui fit in elemētis ⁊ elemētatis: ſicut dicit Aueroys ſupra. viij. phicorum. Ideo dictum eſt ab Ariſto. ꝙ opus nature eſt opus intelligentie: ⁊ hoc dictuz ſit mouente in genere prio corporum: qꝛ mouens ante hoc eſt motor orbis qui planes ⁊ applanes vocatur ab Ariſt. in. xj. prime phie. i. diurnum ⁊ erraticuz: ſi autez queratur de motore coniuncto dicit ꝙ calor ſolis ſicut dicit Ariſto. in libro metheororum mouet terram ⁊ aquaz ⁊ eleuat inde duos vapores: quoniaz quantū dat terre de natura aeris cum facit ipſam vaporoſam tantū dat ei de motu ⁊ loco aeris ⁊ terre ſic vaporaliter accepte naturale eſt ad aerem aſcendere ⁊ ibi cum aere miſcetur ⁊ in ea ſunt quedam partes ignite ex calore ſolis ⁊ ſimiliter de aqua vaporali. Similiter autem aer frigido ſpiſſatus tendit ad terram nec hoc ē contra naturam aeris ſic accepti. Et ſic patet qualiter in medio loco regionis ſunt partes ignee ⁊ aeree ⁊ aquee ⁊ terree ⁊ mouentur ad ſeinuicem deſcendēdo ⁊ aſcendendo. Sunt etiam quedam partes ignis in vaporibus pluuialibus ⁊ in roze deſcendentibus quas vapores accipiunt in regione aeris caleſacta q̄ dicitur eſtus: ſicut patet a ſubcadente ⁊ in omnibus alijs vaporibus: huius autez ſignum eſt ꝙ aque pluuiales ſunt vaporoſe calide ſtiptice: ⁊ ſic iterum cū pluuia ⁊ roze ⁊ alijs deſcendunt partes ignite ad locum mixtionis. Ex his patet ꝙ ad mixtionem non mouet violentia ſm natura: ⁊ ideo mixtio eſt nālis.

Cap. v. ⁊ eſt diſgreſſio de. qualiter elementa manent in mixto.

d E ſcdo autez queſito. ſ. qualiter mixtibilia ſunt in mixto attende ꝙ ſicut dicit Auic. duplex eſt eſſe elementoruz. ſ. primuz ⁊ ſcdm primuz autez eſt eſſe quod habēt in operatione qualitatuz ſuarum que ſunt proprie ipſis ⁊ fluūt ab eēntijs ipſorum que ſunt calor frigus humiditas ⁊ ſiccitas. Dicendum ergo ꝙ quo ad eſſe ſcdz non manēt elemēta omnino primū autez eē dupliciter dicitur liberuz ⁊ integruz vt ita dicā ⁊ ligatuz ⁊ partituz: liberuz autez ⁊ integruz voco quando ignis vel aliō elementuz accipitur per ſe ſicut ſunt elementa in ſuis ſperis ⁊ locis naturalibus. Ligatuz autem voco quando non eſt ab alio alteratuz ⁊ aliud alterans ⁊ diuiſuz in ipſuz ⁊ econuerſo ita ꝙ plurimū vnius ſit cum plurimo alterius: ⁊ ſic manent elementa in mixto quo ad eſſe primuz. Et ideo dicit Ariſto. ꝙ virtute manent virtute inꝙ que fluunt a tali eſſentia elementi ꝙ habet in mixto.

Cap. vj. ⁊ eſt diſgreſſio ex dictis declarans differentiā mixtionis ab alijs motibus.

Et ex

(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

E x hoc vlterius patet differentia genera tionis ⁊ mixtionis: q2 in generatione cōtrariuz agit ad ſuuz contrariuz deſtruendū ita ꝙ corruptum contrariū nullo modo ſaluatur nec ꝑmanet in materia corrupti nec permanet in materia generati: ſed in mixtis contrariuz non agit ad deſtructionez omnimodaz contrarij: ſed alterat ipſum: ita ꝙ partiz ſaluatur in materia alterati: ⁊ partiz in materia alterantis: verbi gratia. Calidu3 in mixto alterat frigidu3 ⁊ alteratur ab ipſo: ⁊ ideo frigidi pars eſt in materia calidi inq̄tum eaz alterat ⁊ partim in propria: ⁊ econuerſo eſt de frigido: ⁊ ideo q̄dlz alterat aliud. Et ſi tu queras vtruz tanta eſt caliditas mixti q̄ta eſt ſimplicis dico ꝙ ſi tu queris de q̄titate eſſentie calidi: nihil prohibet tantaz eſſe: ſed ē diffuſa partiz in materia propria ⁊ partiz in alia. Si tu queris de actiuitate conſtat ꝙ non eſt tanta in ipſo mixto: ſicut in ſimplici cuz caliditas ſit remiſſa frigido alterante. Et ſimiliter eſt de alijs qualitatibus ⁊ h concordat ſermonibus Galieni ⁊ Auic. dicentiū q2 nihil prohibet equalez eſſe caliditatez in eſſentia in ſicco ⁊ humido: ſicut in iuuene ⁊ puero: licz ſit in pueris minus acuta propter humorem: vnde pz ꝙ elementi ſimplicis ⁊ mixti eſſentia ſit vna ſm eē differt ⁊ qualitas ē vna ſed differt in acuitate ⁊ actiōe. Ex h etiā patet quare mixta ſeparabilia ſint ſed nō redeunt neceſſario ſeparata ⁊ oīa dicta ⁊ dicenda ex his erūt magis facilia.

Capitulu3.vij.de modo mixtionis ſm opinionez antiquoruz.

V edeamus ad propoſitum continuaz poſt dicta tractantes queſtionez.ſ.quomodo eſt mixtio vtruz.ſ.ſit ſm quantitatez ſoluz vt quidaz dixerunt aut ſm qualitatez ⁊ quantitatez ſicut veritas ſe habet. Eſt autez dupliciter ſz quoſdā antiquoruz ſm quantitatez ſoluz.ſ.in comparatione ad ſenſuz noſtruz vel ſz naturaz: dixerunt eniz quidaz mixtionez eſſe diuiſionez quantitatis miſcibiliū tm̄ vel ſz noſtruz ſenſuz non eſſet perceptibile que pars a qua parte diſcerneret̃ preter hoc ꝙ partes vnius miſcibilis alterarentur a partibus miſcibilis alterius ſed remanet que pars diſtincta ſm ſe ⁊ ſm operationem. Alij dixerunt ꝙ quodlz miſcibile diuiditur in minima non quo ad noſtruz ſenſuz tm̄: ſed quo ad naturaz miſcibilis.ſ.quod non ſit accipe minus quod ſuet naturaz ⁊ operationez miſcibilis q2 ſicut dictuz eſt ſupra phicuz corpus in eo quod eſt phicuz non diuiditur in infinita. Conueniunt tamen ambe iſte opiniōes in h dn̄t mixtione tm̄ eſſe ſm q̄titatez diuiſibilez in minima quo ad nos vel ſimpliciter diuiſoruz vel compoſitoruz corporuz adinuicez vt minime vnius ſint iuxta minimas alterius. Queramus ergo vtruz nec ad ſenſuz ſit mixtio: quando eniz ea que miſcentur diuiduntur in ita parua ⁊ ponuntur adinuicez h modo: vt ſenſui non ſit manifeſtuz diſtinguere inter partes vnius ⁊ partez alterius tunc mixta ſunt ſm quoſdaz. Queramus ergo vtrū h veruz ſit an non ſit ſic: ſed mixtio eſt vt dicunt alij quando in minima ſimpliciter diuiſo corpore quelz pars eius eſt ſecus quācūq3 partē alterius. Dicit eniz ſic a quibuſdam: verbi gratia in natura minima ſunt grana ſeminuz ſicut ſi diceremus ordeuz mixtū cuz furmento lz illa ſenſu ſint diſcernibilia tamē ſūt minima ſui generis in corpore phico ⁊ ad ſimilitudinez iſtoruz dicunt mixtionez elemētoruz quando in minima ſimpliciter diuiſo elemento quelibz pars vnius eſt iuxta qualz partem alterius. Eſt autez cōis obiectio ꝯ iſtas opiniones: q2 cuz oē corp⁹ ſit diuiſibile ſi corp⁹ corpi ē miſcibile demōſtratiōe mixture eſt ꝙ q̄lz pars pmixta ſit omiomera: h ē vnius rationis cuz toto mixto ⁊ ꝙ ſit quelz pars h eſt cuiuſlz mixti pars iuxta qualz partem mixti alteri⁹.

Quoniaz autem mixtio non eſt idem ꝙ corporis in minima diuiſio manifeſtum eſt: q2 ea in que diuiditur corpus alterum nec ſunt omiomera illis: nec etiā compoſitio partium eſt idem ꝙ mixtio alterius q2 vt dictum eſt partes compoſiti non ſunt omiomere vnde mixtio eſt aliud q̄ compoſitio: manifeſtum ē ergo ꝙ mixtio non eſt diuiſio ſm parua ſaluata: ſm eſſe ⁊ eſſentiaz: ſed oportet eſſe alterata abinuicem: talis eniz coniunctio diuerſorum compoſitio erit: ſz non confuſio ſiue cōmixtio: q2 non habebit eandem rōnem cum toto pars nec pars cum parte quod tamen dicimus oportere fieri ſi aliquid eſt mixtum.ſ. ꝙ partes ſint omiomere toti ⁊ adinuicē: q2 ſicut quelibet pars aque eſt aqua: ita quelz pars confuſi ſiue cōmixti eſt ipſum confuſum ſiue mixtum vt patz in carne ⁊ oſſe mixtis: q2 quelz pars carnis eſt caro: ⁊ quelz pars oſſis eſt os. Si autem mixtio eſſet idem ꝙ compoſitio ſm parua in eſſe ⁊ eſſentia ſaluata nihil horum contingeret. Eſt etiam propria ratio cōtra illos qui dicunt mixtionem eſſe ſm minima compoſitionē quo ad ſenſuz noſtrum: q2 ſi h eſſet verum vnum ⁊ idem eſſet mixtum quod non videt acute ⁊ alteri eſſet non mixtum qui acute videt: ⁊ etiam linceos oculos habere dicitur: q2 fert linx animal acute videre: eſt eniz ratio propria contra illos alios q̄ dicunt idem eſſe mixtionem: quod ſm minima ſimpliciter diuiſorum compoſitiōez q2 tali diuiſione nō ſit mixtio: q2 in minima ſimpliciter impoſſibile ē diuidi corp⁹ ita ꝙ in eis ſtet diuiſio. Si autez minima eſſen phica ſicut dicit Democritus: tunc eſſet cōgregatio ⁊ non mixtio: aut ergo mixtio non erit cuz hi duo modi ſtare non poſſunt aut rurſus dicendum ē a nobis q̄ñ ꝯtingat ḡnari ſiue fieri mixtionez.

Cap.viij.de modo mixtionis ſm veritatez ⁊ que ſint facile miſcibilia.

P Renotanduz itaq3 vt ſepe diximus ꝙ entium quedaz ſunt actiua q̄daz autez ab his paſſiua: h ergo conuertuntur adinuicem ⁊ paſſiua adinuicez q2 vnūquodq3 illoruz conuertit ⁊ alterat reliquum vt diximus ita.ſ.vt i mixto quoruz eadem eſt materia quo ad potentiaz ⁊ forma ⁊ actiua ſunt adinuicem ⁊ paſſiua adinuicem q2 vnūq̄dq3 illorum conuertit ⁊ alterat reliquū vt diximus ita.ſ. vt in mixto contrarietas vniuſcuiuſq3 ſaluetur ptim in ſe ⁊ partiz in altero quoꝝ aut non eſt mā vna quo ad rōnez potentie hoc faciunt ⁊ manent ipaſſibilia queadmodum ſupra eſt determinatum: ⁊ illoꝝ non eſt mixtio adinuicem: ⁊ ideo ars medicine facit ſanitatem ⁊ non miſcetur ei ⁊ etiam que non habent aliquā materiam ex qua ſunt: ſed tm̄ materia in qua ſūt non miſcentur ſicut paſſiones ⁊ habitus ⁊ cetera accidentia non miſcentur: ⁊ ideo ſanitas non eſt mixta corporibus ſanis: q2 optime miſcibilia ſunt quecūq3 actiuoꝝ ⁊ paſſiuorum habentiū māz ex qua ſint vnam facile ſunt diuiſibilia per inuicem ita vt vnum facile penetret per alteꝝ ſed tm̄ multa taliū cōpoſita paucis ⁊ magna cōpoſita ex pūis nō faciunt mixtionem proprie dictam ſed faciunt augmentationem



(c) 2007 Comunidad Autónoma de La Rioja

dicentes:qꝛ paruum ⁊ paucum quod deficit a virtu/
te alterandi magnū ⁊ multū coꝛrumpuntur: ⁊ ſic trā
ſit in naturam dominantis. Ideo gutta vini mille mi
libus anfoꝛis aqua infuſa non miſcetur: qꝛ ſpecies ⁊
foꝛma vini ſoluitur ⁊ coꝛrumpitur ⁊ gutta vini nihil
alterans aquā tranſit in totam aquā quando autem
potentie miſcibilium adequant equaliter tunc vnū/
quodqꝫ miſcibilium equaliter dominatur ⁊ vnum
qḋqꝫ ad alterum tāq̄ ad dn̄ans ſm aliquem modū
trāſmutatur ⁊ vnū qḋqꝫ ⁊ ſui ipſius natura ſm quid
tranſmutatur nec tamē aliquid gn̄atur q̄ eſſentia ⁊
virtus miſcibilium mouens licet ſm eſſe variet ſed
ſit inde mediū cōmune qḋ pticipat virtutes ⁊ eſſen/
tias omnium miſcibilium ⁊ coniūctoꝛum ⁊ efficitur
ipſoꝛum locus vnus per actum medij vnū ſicut pa/
tet in carne que eſt ex elementis ⁊ media ſm qualita
tes elementales: qꝛ aliter non ſentiret excellentias: ⁊
ē in actu medij: qꝛ nec ignis nec aer nec aqua nec ter/
ra ⁊ eſt ipſius locus vnus.

Cap. ix. ⁊ eſt digreſſio determinans qualr̄ virtu/
tes contrarioꝝ equantur in mixto.

Tendenduz hic quomodo auctoꝛes pre/
a cipui dicunt eſſe equatas equaliter poten/
tias miſcibiliū in mixtura: h.n. videtur ſta/
re non poſſe cū eoꝛum que equatas equaliter habēt
potentias tanta ſit virtus reſiſtendi q̄ta ⁊ agendi: ⁊
ita qm̄ habēt equatas equaliter potentias nec agēt
in ſeinuicē nec patient in ſeinuicem. Adhuc autem
obijciunt contra h Auic. ⁊ abbreuiatoꝛ eius algazel
q̄ ſm hoc mixtū equaliter habet de omnibus elemē
tis quis ergo erit motus illius mixti ⁊ aut quis loc⁹
quilz.n.motus ſm triplum erit ſibi tā violentus q̄
naturalis ⁊ ſimiliter eſt de loco. Sequeretur etiam
ex hoc q̄ oīs mixtio omniū mixtoꝛum eēt vna cōmi
xtio: ſicut.n. mixtio carnis eſt ex oībus equatis eq̄li/
ter ita etiaz ⁊ mixtio oſſis: ⁊ ſic ex ſilibus ex quali/
tate ⁊ quātitate ſunt os ⁊ caro quod abſurdū ē: vn/
de intelligenda ſunt p̄miſſa ſic q̄ ſit dupliciter equa
litas. ſ. rei ſm q̄litatē ⁊ virtutis ſilitudinē in itentiōē
⁊ equalitas pportionis ad qḋdā alterū rei aūt eq̄li/
tas ſm dicta auctoꝝ phicoꝝ in nullo pōt eſſe cōmi
xta propoꝛtionis aūt equalitas ē ad alteꝝ qḋ eſt ge
neratū conſtituere in ſpē ⁊ foꝛma qꝛ oīs mixtio nā//
lis pptcr gn̄ationē eſt ⁊ ad gn̄ationem oꝛdinata: ⁊
tunc eq̄litas pportionis eſt qḋ tranſit ibi de quolibꝫ
q̄tum ſufficit ad illius rei ppter quā mixtio eſt gn̄a/
tionē: vocat āt a phis prima equalitas ariſmetica q̄
